



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 107. Glocestriæ Dux regnum invadere molitus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

§. CVII.

Sæcul. XV.
A.C. 1483.*Glocestriæ Dux regnum invadere
molitus.*

Quantumvis Eduardus nil inausum intentatumque reliquisset, ut Filio suo natu majori Regni coronam assereret, nihilominus vix satis ereptus erat, cum jamjam haud obscuris deprehenderetur indicis, quod idem ipse Glocestriæ Dux, cui Eduardus morti proximus curam filium suum in solio tuendi commendabat, jam clandestina agitaret consilla, ut eundem inde deturbaret. Hujus Ducis vitam, moresque atris admodum coloribus depingit Thomas Morus, affirmans, hunc fuisse Principem sine fide, sine probitate, sine scientia, ac absque religione; vasrum insuper, hypoeritam, simulandi arte clarum, ac nunquam in benevolentiam magis effusum, quam dum pessimam nocendi voluntatem animo fovebat. Idem ipse ob innatam ferociam, atque ambitionem eo crudelitatis devenit, ut vitam illius, quem suis consiliis adversari censebat, flocci penderet, cetera intrepidus erat, atque ad alendas factiones valde idoneus, quas ut in rem suam verteret, propria sua bona prodegit, aliena etiam sine ulla religione eripuit. Talis erat Glocestriæ Dux, qui Eboraci agens, comperita Regis fratris sui inopina morte totus in

Joan. Maj.
hist Scot.
lib. 6. cap. 26.

in

Sæcul. XV.
A. C. 1483.

in id incubuit, ut coronam Eduardi, & cet is Eduardum impuberem filium suum natu majorem illius tutelæ creditisset, sibi assereret. Quapropter omnes illos, quibus Regis pueri cura demandata erat, aula excedere, quin etiam cæci dari jussit: ipsa etiam Regina vidua Westmonasterii asylum quærere compulsa est. Eo facto Dux sese a Parlamento Protectorem Regni proclamari præcepit, atque ambos Eduardi filios suæ potestati subjectos habuit; quippe natu major jamjam Londini commorantem tenebat Richardum autem secundo genitum in Regina, quacum affugerat, importunus Burschiezi Cardinalis Archiepiscopi Cantuariensis precibus fatigata eidem cessit. Utrumque Dux crudelem in modum medio tollere decrevit, cruentumque corpus filium detexit Buckinghamo Duci, qui se eidem adjunxerat, pollicitationis amplitudine captus, qua Dux Glocestriensis eidem Comitatum Herfordiensem, cuius dominium prætendebat, vindicatum promiserat. Ergo hi duo in necem filiorum conjurant, unice intenti, ut suis partes fautorum numero, atque potentia fulcirent.